



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Stephano Cantvariensi Archiepiscopo S.R.E. Cardinali, Vvillelmo Londoniensi, Eustachio Eliensi, Ægidio Herefordensi, & Huberto Lincolnensi Episcopis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

medio tempore bona Ecclesia sibi commisso tam prodiga dispensatione dispurgens quod eventu secuto premissae petitionis interprete, ad dissipandum, non ad comparendum in nostra præsentia, visus est prorogationem termini non absque illusione sedis apostolica postulasse. Cum igitur idem mortuus per peccatum, & evidenter suorum actuum perversorum extra civitatem delatus, jamque delinquendi consuetudine competitus in monumento jaceat factus, non adiens ut refurgat, ut excidatur fucus fatua, qua nec verba salutis enuntiantur, nec opera virtutis exercens, non protulit fructus aut folia, sed terram sterilem reddidit sub occupatione nociva, dictum R. ab Ecclesia Melfensi perpetuo duximus amovendum, ut nec etiam ut subjectus in ea remaneat cui sic præfesse noluit ut prodebet, excommunicationis vinculo innodantes si quis ei de cetero præsumperit intendere ut pastori. Contractus præterea venditionis, donationis, vel cuiuslibet alterius alienationis, quos in damnum celebravit ejusdem Ecclesie, irritamus; & ut terra qua sub umbra inutilis arboris sterilis habebatur, per novam plantationem ad fructificantum culturam recipiat congruentem, per apostolica scripta districte præcipiendo mandamus quatenus in tales personam de prudentum virorum consilio vota vestra per electionem canonican conferatis per quam & præteriti temporis valeat reparari iactura & futuri commoditas provideri. Datum Laterani 111. Kal. Februarij, pontificatus nostri anno decimoquinto.

**STEPHANO CANTVARIENSI**  
Archiepiscopo S. R. E. Cardinali, *Vvilemo Londoniensi, Eustachio Eleni, Agadio Herefordensi, & Huberto Lincolnensi Episcopis.*

Epist. 236.  
Pacta iniqua  
denuntiat irrit.

E A qua illicite præsumuntur contra honestatem canonican aut ecclesiasticam libertatem merito debent per auctoritatem apostolicam irritari, ne forte transeant præsumptoribus in exemplum. Quocirca fraternitatii vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus concessiones, pactiones, sive promissiones quas clerici seu religiosi viri cuiuscunque professionis vel ordinis Iohanni Regi Anglia super ablatis vel extortis post interdictum fecerunt, quod minus ipsa restituantur ad plenum, denuntietis irritas & inanis. Auctores etiam, & procuratores illarum, nisi

Tom. II.

moniti satisfecerint, excommunicationis vinculo innoderis. Si qui vero prædictorum noluerint ablata vel extorta repetrere, detentores eorum nihilominus ipsa restituere compellatis, in terra sancte sub fiducia juxta mandatum apostolicum referenda. Quod si non omnes &c. tres aut duo vestrum appellatione remota &c.

E I S D E M.

**N**isi præsumptorum temeritas puniretur, nimis insoleceret audacia malignorum; qui nolentes inter fas & nefas discernere, vitium pro virtute ac vanitatem pro veritate sequuntur. Nos igitur, quibus imminet ex apostolice servitutis officio errata corrigeare ac prava reducere in directa, per apostolica vobis scripta mandamus quatenus viros ecclesiasticos qui Iohanni Regi Anglia anathematis vinculo innodato ministerium, consilium, vel auxilium præstiterunt in iis qua sunt contra justitiam & libertatem ecclesiasticam attentata, illosque qui ab eodem Rege post excommunicationem vel ab aliis excommunicatis scienter per collationem vel præsentationem ecclesiastica beneficia sunt adepti, & similiter eos qui ob causas excommunicati prædictas, excommunicationis sua tempore beneficia ecclesiastica receperunt, necnon ecclesiasticos viros qui scienter excommunicatis ecclesiastica beneficia contulere, similiter clericos & viros religiosos qui publicè communicaverunt prefato Regi & aliis excommunicatis auctoritate apostolica nominatim in casibus non concessis, ab officiis & beneficiis ecclesiasticis suspendatis donec se apostolico conspicui representent cum vestrum testimonio litterarum plenam & meram continentium veritatem, illis duntaxat exceptis qui per satisfactionem condignam ad mandatum Ecclesie redierunt. Quod si non omnes &c. ut supra.

E I S D E M.

**S**æpe contingit ut dum hostilis malig- Epist. 237.  
nitas se reperit coartata, pacem in dolo dissimulet, dolunque post pacem attenter, ut eos fraudibus circumveniat qui bus non potuit viribus prævalere. Volentes itaque contra dolositas hujusmodi diligenti providere cautela, prætentium vobis auctoritate concedimus quod si Iohannes Rex Angliae violaverit pacem postquam inter ipsum & Ecclesiam Anglicanam pro visione fuerit apostolica reformata, nisi

Z Z z ij

Epist. 237.  
De negotio At-  
chiepiscopi  
Cantuarientis.  
Vnde supra qd.

234.

Epist. 238.  
Super codem.